

huius aerumnosae vel munera vel solatia quidam etiam cultores daemonum acci-
 125 pere meruerunt, qui non pertinent ad regnum dei, quo pertinent iusti. Et hoc ipsi-
 us misericordia factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent velut summa bona
 desiderarent. Sed felices eos dicimus, si iuste imperant, si inter linguas sublimiter
 honorantium et obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, si se ho-
 mines esse meminerint, si suam potestatem ad dei cultum maxime dilatant^c, dum^c
 130 maiestati eius famulam faciunt, si dominum deum timent, diligunt, colunt, si
 plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes, si tardius vindicant,
 facile ignoscunt, si eandem vindictam pro necessitate regendae tuendaeque reipu-
 blicae, non pro saturandis inimicitiarum odiis exerunt, si eandem veniam non ad
 impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent, si quod aspere cogun-
 135 tur plerunque decernere, misericordiae lenitate et beneficiorum largitate compen-
 sant, si luxuria tanto eis est castigatior, quanto possit esse liberior, si malint cupi-
 ditatibus pravis quam quibuslibet gentibus imperare, et si haec omnia facientes
 non propter ardorem inanis gloriae, sed propter caritatem felicitatis^f miserationis
 et operationis sacrificium deo suo vero immolare non neglegant. Tales Christianos
 140 imperatores dicimus esse fideles, interim spe, postea re. Qui etiam in⁸⁴ throno vel
 solio sedent ad iudicium, ut per se provideant et perquirant, ne in iudicio ali-
 quis a veritate et aequitate declinet. Oporter⁸⁵ eum, ut qui iudex est iudicum,
 pauperes ad se ingredi permittat et diligenter inquirat, ne forte illi, qui ab eo
 constituti sunt et vicem eius agere debent in populo, iniuste aut neglegenter paupe-
 145 res oppressiones pati permittant, terrorque eius iniquos comprimat et benivo-
 los atque indigentes sua auctoritate subleuet. Periculum quippe est cuilibet
 officium suum⁸⁶ per alios in tantum peragere, ut se ab eo diutius subtrahat.
 Legimus⁸⁷ antiquitus iudices in porta ad iudicandum sedisse, ut nullus accedendi
 difficultatem haberet. Unde beatus Hieronymus in Zacharia propheta: Veri-
 150 tatem⁸⁸, inquit, et iudicium pacis iudicate in portis vestris. In iudicio prima sit

^c) so Bus. statt dilatandum der Vorlage.

^f) danach fehlt aeternae, si pro suis peccatis humilitatis et der Vorlage.

⁸⁴) Synode v. Paris (829) II c. 2 (MGH Conc. 2/2 S. 652 Z. 3–10), Jonas v. Orléans, De institutione regia c. 4 (ed. Revirion S. 145 f.).

⁸⁵) Bis Z. 173 tribuat nahezu gleichlautend auch Hinkmar, Ad episcopos c. 13–14 (Migne, PL 125 Sp. 1015 B–1016 A).

⁸⁶) Synode v. Paris (829) II c. 3 (MGH Conc. 2/2 S. 653 Z. 5), Jonas v. Orléans, De institutione regia c. 5 (ed. Revirion S. 148).

⁸⁷) Synode v. Paris (829) II c. 3 (MGH Conc. 2/2 S. 653 Z. 30–32), Jonas v. Orléans, De institutione regia c. 5 (ed. Revirion S. 149). Zur Sache vgl. Hrabanus Maurus, Enarr. super Deuteronomium 2, 13 (Migne, PL 108 Sp. 901 A).

⁸⁸) Hieronymus, In Zachariam 8, 16–17 (CC 76/2 S. 818 Z. 467–469).